



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

X. De Missa minùs solemnis cum ministris sacris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

Cappa assisi
celebrandū est,
iam Legati
s sacris indu-
stans thurif-
e, aliquando-
ri thurificato-
r thurificatur
lata cum mi-
r tantum post
thurificantem
inclinat, sed
acit.

rælati si nos
tæ intersunt,
thurificandi
Euangelium

ine tam Ca-
quæm Laico-

rum accedit
reuerentiam
caput hume-
us autem ali-

tibenda ento-
er primito fiet
quem tran-
r, nullo ha-
solum com-

in eodem
ipsis, qui
tia exhibet-

po, vel ab
functorum)
da est; sed
de manus:
nde id quod

§. 10. Antequam accedit Episcopus ad Eccle-
gam, ut simili solemni Missæ intersit, paretur ei
ante Altare faldistorium, ad quod cum accesserit,
genuflexus orat, & interim Celebrans qui
cum exspectat in cornu Epistolæ, facta ei profun-
da reverentiæ, descendet in planum per partem
lateralem epistolæ, & cum ministris cum sequen-
tibus accedit ad finistrum Episcopi nudo capite, sed
paulò post eum.

§. 11. Quando Episcopus accedit ad Ecclesiam,
dignior istius loci ad portam Ecclesiæ; ipsi deferre
debet aspergimini cum osculo manus & aspergo-
ri.

§. 12. Si Episcopus remittat ad Celebrantem, ut de-
ipse benedictionem in fine Missæ, tunc Celebrans di-
cto *Omnipotens Deus ad Prælatum se conuertit & in-
clinat & prosequitur Pater & Filius, &c.* benedicens
tantum astantes qui non sunt ad partem Episcopi, sed
decentius est ut semper Episcopus benedicat.

§. 13. Si facienda sit Processio Episcopus procedit
post omnes Clericos cum Cappa, aut si dicenda sit
Hora aliqua ante Missam, finitâ Processione, vel hora
prædicta, Episcopus accedit ad Altare ubi incipit Mis-
sam, & facit Confessionem & reliqua ut supra. Si post
Missam dicenda sit aliqua Hora non omnes Clerici
comitantur Episcopum redeuntem, nam aliqui re-
manere debent qui cantant prædictam Horam, vel si
omnes eum comitantur, omnes postea redeunt dictu-
ri Horam debitam.

TITVLVS X.

i. **E**s præterea alia Missa solemnis ab eis de-
qua egimus, quæ diebus profestis, & et-
iam festiuis, dicitur in quibusdam Ecclesijs col-
legiatis ut inter festa & profesta, vel inter sole-
mnia, & minùs solemnia quædam appareat dif-
ferentia.

§ 10. An-

a. Ali-

Gawantus
Part. 2 tit.
2. num. 5.

2. Aliquando enim cantantur cum ministris sed absque Altaris incensatione, & Chori, sive Credentia, & Pace, & in his Subdiaconus paratus portat calicem, Diaconus item paratus liberum, vel vice versa, dum procedunt ad altare. Diaconus, deposito libro descendit ad Celebrantem, cum quo facit Confessionem & Subdiacono, qui etiam explicato Corporali collocat Calicem in medio Altaris, vel id peragit Diaconus. Eodem etiam ritu & modo redeunt in Sacristiam finita Missa. Alia etiam obseruantur, secundum morem locorum & Congregationem; Sed haec omnia & similia tolerantur potius quam conceduntur quia rubricæ nihil de simili Missa prescribuntur; cum videantur contraria Rubricas Missalis, quæ nullam Missam prescribunt præter solemnem aut priuatam, de quibus supra.

3. Sunt etiam aliæ Missæ, quæ quidem cantantur in quibusdam minoribus Ecclesijs sine Diacono & Subdiacono cum aliquatamen solemnitate de quibus sequentibus titulis agetur. Rarotamen sic cantari & Celebrari debent, & tantum in Ecclesijs in quibus vix est sufficiens ministeriū numerus, ut in quibusdam Ecclesijs collegiatis minoribus, & Parochialibus, & Regulibus secundum earum consuetudinem.

TITULVS XI.

De Missa cum duobus Acolythis solis.

EX Rubricis Missalis colligitur quod aliquid possit dici Missa cum duobus Acolythis superpelliceis indutis, ob exiguum Clericorum numerum, hora ergo competenti paratur à Sacerdoti vel Acolyto, ea quæ sunt necessaria super altare, videlicet Calix, Missale, & cibinus: & super Creden-